UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Corbiniano ep[iscop]o. Cap[itulum]. liiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

mus pontifex reſtaurauit monaſterium ſancti anaſtaſij ad aquas ſalinas poſt incẽdium. Edificauitqꝫ turres et muros vrbis rome propter hoſtes longobardorum quotidie irruẽtes. Hic portas ereas maiores dedit ſancto petro apoſtolo. Ipſos quoqꝫ muros vrbis: qui in pleriſqꝫ locis vſqꝫ ad fundamenta dirupti fuerant renouauit. Multas etiam eccleſias tam intra vrbem ꝙ extra ſuis ſumptib⁹ reſtaurauit. Hic etiam in monaſterio ſancti Stephani: qđ circa eccleſiam ſancti Petri ſitum eſt: congregationem monachorum inſtituit: vt in eccleſia ſancti Petri cum tribus monaſterijs: quos Gregorius tertius inſtituerat: laudes ſedulas perſoluerent. Fuit enim in reparendis eccleſijs et diuino cultu celebrando ad modum ſolicit⁹. ¶ Huius precibus karolus magnus rex francorum Pipini filius veniens ad italiam cum exercitu: vt ab infeſtatione lõgobardorum eccleſiam defenſaret: obſedit longobardos in papia: vbi cepit deſiderium regem et vxorem eius: quos captiuos duxit in franciam: et veniens romam reddidit omnia pape: que pater ſuus Pipinus beato Petro conceſſerat: adiuncto quoqꝫ ei ducatu ſpoletano: et beneuentano. Ob hoc ipſe Patricius rome effectus eſt. Huius tempore celebrata eſt ſeptima ſynodus trecentorum epiſcoporum apud conſtãtinopolim. ¶ Aliã ꝟo ſynodum ipſe Adrianus papa preſente rege karolo rome celebrauit: in qua fuerunt centũquinquagintaquattuor epiſcopi religioſi: in qua adrianus papa et ſynodus dedit karolo ius eligendi romanum pontificem: et ſedem apoſtolicam ordinandi. Item archiepiſcopos ab ipſo inueſtituras accipere per prouincias ſingulas. Anathematizauitqꝫ omnes huic decreto rebelles: et bona eorum publicari iuſſit. Tuncqꝫ ceſſauit regnum longobardorum karolo in italia dominante. Adrianus ꝟo papa poſt multa laudabilia opera quieuit in pace. Sepultuſqꝫ eſt in eccleſia ſancti Petri in vaticano: et ceſſauit epiſcopatus dies tres.

¶ De ſancto Corbiniano epõ. Cap. liiij.

Corbinianus epiſcop⁹ frixigẽſi. a papa gregorio ꝑmo factus fuit tempore pipini groſſi regis: qui vir ſanctiſſime vite fuit: et miraculis claruit. Die quodam dũ apud eccleſiam ſancti Germani oraret: et propter muſti fortitudinem ſpinam a vare reiectam ſenſiſſet: ne ſilentium frangeret: cõſicuit: totaqꝫ nocte in oratione perſeuerans vitum adeo compeſcuit: vt nec de ipſo: vel vnica gutta manaret. ¶ Cũ quidam fur mulam eius abſtuliſſet totaqꝫ nocte itinerãdo vagans eſſet mane dorſo animalis vinctus ad ſanctũ adductus furtũ reſtituit: ⁊ penitẽtiam egit. ¶ Adalpertum quendam ſuſpendio damnatũ ſe inuocantẽ triduo illeſum conſeruauit: qui poſt liberatus deo deuote ſeruiuit. ¶ Urſum quendam qui eius aſinũ deuorauerat: dũ romã pergeret: diuina virtute coegit: vt ſarcinã vſqꝫ romã animalis loco deferret. ¶ Huinſgus comes tridẽtinus admiſſarium ſancti furto auferri fecerat ad equas operiẽdas: ⁊ infra dies modicos. xliiij. equos morbo elephãtino amiſit. Unde ⁊ dei iudiciũ cognoſcẽs: equos duos cũ admiſſario: atqꝫ. cc. ſolidos ſancto reſtituit. Quadã. vi. feria dũ piſcibus careret ꝑdixit: ꝑ aquilã piſces ſibi diuinitus miniſtrãdos. Et ecce aquila roſtro a mari piſcem detulit: qui tota die ad eſum familie ſatiſfecit. Sequenti quoqꝫ ſexta feria miniſtrũ ſuum natantẽ iuſſit: vt in xp̄i nomine piſcem caperet: qui merſus piſcem magnũ manibus cepit: ⁊ ad littus vſqꝫ perduxit. ¶ Apud oratoriũ ſancti ſtephani: vbi aliqñ orans lucem de celo fuſam viderat ⁊ voces audiuerat angelorum: cellã ſibi cõſtruxit: vbi fontẽ ex humo baculo ꝑcuſſa ꝑduxit. Deuotus virginis glorioſe die natiuitatis eius in pace quieuit: videlꝫ. vi. idus ſeptẽbris. Et in eiuſdẽ dici genitricis eccleſia ſepult⁹ eſt: miraculis clarẽs. Nã ſanguis qui die. xl. ante obitũ eius de ipſius naribus diſtillauit: terre ſuffoſus poſt ãnos. xl. recẽs adeo inuẽtus eſt: ac ſi ea die fuiſſet effuſus. Corpus ꝟo eius tunc temporis tranſlatũ eſt faſingã: et vnacum dicto ſanguine in eccleſia ſua ſepultum eſt in marmoreo mauſoleo.

¶ De ſanctis dorotheo ⁊ gorgonio martyribus. Cap. lv.

Dorotheus et Gorgoni⁹ martyres paſſi ſunt apđ nicomediã ciuitatem ſub diocletiano imꝑatore. Qui cũ eſſent primi in palatio eiuſdem militie renũciantes: chriſtianos ſe libera voce confitebantur: quod Ceſar audiens moleſte tulit: anxiebaturqꝫ perdere tales viros: quos intra palatium ſuum nutritos mores ⁊ generis nobilitas decorabant. Cum ergo nec minis: nec blandimentis mouerentur in equuleo diſtenduntur: et flagris ⁊ vngulis toto corpore laniantur: et deinde aceto et ſale nudatis pene eorum viſceribus perfunduntur. Et cũ hec alacrius tolerarẽt in craticula aſſantur: vbi quaſi in lecto florũ iacere videbantur. Ad vltimũ laqo ſuſpendi iubẽtur: et corpa eorũ canibus exponuntur: ſed tñ intacta a fidelibuſqꝫ collecta honorifice recõduntur. Paſſi ſunt aũt. v.